

interisse ait *Oudinus* T. I. col. 475. *Miraeus* vero in *Schol. ad c. 10. Gennadii* tanquam superstitis in Collegio S. J. *Brugensi* et Bibliotheca *Pameliana* meminit, licet aliud ei adsignet initium. Id certum, in Codice nostro nihil haberi de *Pelagiana* illa continentia, velut naturae debito munere, de qua *Gennadius* loquitur, sed simul addendum, Exemplar ita finire: *et subita libido rursus ignescit in saturitate escarum &c.* Unde conijci possit, Librarium vel hoc ipso *Pelagianorum* errore absteritum Epistolam imperfectam reliquisse. Ut ad priora Figmenta *Augustiniana* verbulo redeam, nihil eorum ante *Jordanum de Saxonia Eremitam Augustinianum*, Seculumque adeo XIV. Literatis cognitum fuisse, observant *Mauriani* T. VI. Opp. *Aug. Adpend. col. 303.*

CCCLXII.

U. 821 Codex chartaceus germ. Sec. XV. Folior. 177. f. per duas columnas luculenter et nitide scriptus, minioque distinctus *Johannis Cassiani XXIV. Patrum Collationes* utili Compendio exhibet. Prologus Epitomatoris ingreditur a narratione Visionis Apocalypticae

*Daz buch hat ain end.*

*Dez synd fro mein bend.*

CCCLXIII.

R. 55 Codex membraneus lat. Sec. XII. Folior. nunc 74. 4. sat niti-

Cap. IV — V. et per XXIV. *Seniores* totidem Anachoretas *Aegypti*, perque XXIV. *Citharas* totidem eorum *Collationes* sive *Doctrinas* asceticas intelligit. Initium est: *Sanctus Johannes der Evangelist in dem buch der heimlichen offenbarung von dem gesichte das er ains mals gesehen het in dem ewigen leben vnder anndern Worten stet geschriben. Sanctus Johannes sache ain kayserlichen thron, darinne was ain kuniglicher stul &c.* Per decursum mentio injicitur *Henrici Susonis* auctoris *Libri de aeterna Sapientia* Ord. Praed. qui sancti Fratris (*des hailigenn bruder Seusen*) et beati (*des saligen Seusen*) elogio decoratur, cumque circa annum 1365. mortem obpetierit, Codicis nostri aetatem quadantenus definit. Extrema Prologi sunt, qua ratione *Cassianus* et *Germanus* in *Aegyptum* delati Senum expetierint adloquium. Tum minio: *Die ersten Collation oder Harpffen lert ain hailiger altuatter hiejs Moyses vnd sagt von ainem lauttren rainen Herten vnd wie man die gewynnen vnd darzu kom vnd das auch behallt.* Ita et deinceps singulae *Collationes* seu *Citharae* inscribuntur. Ad calcem joculariter *Librarius*:

de perscriptus, rubricis decorus, et quondam *Congregationis Casin. alias S. Justine deputatus in Monasterio S. Seuerini et Sosij de Nea-*